



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

1. Quid iuramentum? an vera species probationis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

diruere. Ad id tendenti cum Anaximenes veniret obviam extra muros, deprecaturus suæ civitatis perniciem; Alexander eo viso suspicans quid esset petiturus: Iuro, inquit, me non facturum quod Anaximenes petiturus est. Iuramenti conscius Anaximenes: peto, inquit, ut Lampfacum diruas Alexander. Quæ ratione captus Rex, jurejurando compulsus est servare, quos demoliri statuerat. *Eras. lib. 6. apophth.* Quæritur, an obligationem servandæ urbis induxerit Alexandri iuramentum. *Reposita petenda ex num. 6.*

I.

Quia per jusjurandum nonnunquam rei dubiæ fides inducitur nempe aliter legitimis probationibus deficientibus. *cap. fin: h. t.* estq; maximum litium expediendarum remedium, *L. 1. ff. h. tit. & c. omnis controversiæ finis, cap. & si Christus 26. ver. homines. h. t.* ideo inter probationum species meritò numeratur. Est autem

tem jusjurandum Divini Numinis assum-  
 ptio in testimonium, ad fidem faciendam,  
 vel promissionem firmandam. Est vera  
 probationis species, quia est revera rei  
 dubiæ per legitimos modos facta osten-  
 sio: *L. admonendi ff. h. t.* insuper præsum-  
 ptiva probatio est, quæ semper rem dubi-  
 am suapte natura præ se fert, ut nomina-  
 tim habetur in *L. Sancimus ult: Cod. ad L. Iul.*  
*Repet: quâ credendum juramento dicitur,*  
*quia lex non præsumit quemquam esse.*  
 Divini timoris immemorem, & vide e-  
 andem constitutionem in *Decreto Grat:*  
*Can. Sancimus. 1. q. 7.* & similiter jusjuran-  
 dum reliquis probationibus comparat:  
*Alex: III. in cap. 2. de prob. ibid. cum aliæ le-*  
*gitima probationes deesse noscantur, & text.*  
*in cap. mulieri probationes alias non habenti de*  
*jurejur: in L. fin: C. de fid. com: cuius religio e-*  
*lecta est nullis alijs probationibus requisitus, in*  
*L. Tutor in prin: ibi omnibus probationibus ali-*  
*is deficientibus ff. de jurejur. NEGATIVAM*  
 tuetur Dec: ad hanc rubr: *n. 11.* quod ita  
 senserit Ulp: in *L. sed et si possessori §. ult. ff. de*  
*jurejur: ubi sic perinde haberi quod probatum*  
*est, atq; si probatum esset. Et in L. non erit §.*

L

dato

dato. ff. eodem: ibid. sic. quasi satis juratum  
 iurejurando constat enim quod perinde, ac  
 quasi tale est illud simul esse improprie tale  
 L. 1. cum not: ff. de recept. Iterum probant  
 adversarii: ex cap. 1. §. similiter si de inv.  
 seu his ver: si verò fidelis in possessione incremen-  
 ti fuerit, non oportebit eum investituram pro-  
 bare, sed jurare: porrò adversativa illa, sed  
 satis declarat, aliud probationem, aliud  
 juramentum esse. Cumq; hæc satis esse  
 non viderentur adjungunt ridicule ex  
 Paulo tex. in L. Lucius. ff. de condit. & demon-  
 strat: sic enim arguunt. Si non est in homi-  
 nis potestate, ut se filium probet. cit. L. Lu-  
 cius. est tamen in potestate, ut se filium ju-  
 ret, necessariò sequitur juramentum pro-  
 bationem non esse.

Addunt præterea authoritates & leges  
 quibus suaderi videtur, legitimas proba-  
 tiones eas duntaxat esse, quæ aut testi-  
 bus constant, aut literis, aut confessione  
 cap. ad abolendam. juncta Gl: ver. deprehensio-  
 haret. L. contra negantem. cum Gl: ver. proba-  
 tur. C. de L. Aquil.

Adducunt etiam rationes, quibus  
 dem comprobari videatur, quarum altera

ram discussimus sup. tit: ii. Juramentum scilicet non esse verè & propriè probationem, quod magis ab onere probandi levamen sit. *L. cum qui in princ: ff. de jurejur.* Altera ratio rei, de qua agitur magis propria est. Actore enim non probante (aiunt) reus absolvi debet. *cap. inter dilectos. in fin: de fid: instr:* contra ergo probante actore reus condemnandus est: reus autem ex juramento non condemnatur, *cap. ult. de ijs quæ vi metusvè. cau. si.* igitur juramentum probatio non est. Deniq; si juramentum verè & propriè dicatur esse probatio, sequitur jurantem, quasi testem esse in propria causa *arg: cap. in omni. de testibus cap. per tuas de probat.* id autem est absurdum. *L. Nullum ff. de testib. L. in omnibus. C. eod: can: nullus 4. q. 3. ergò.*

2. Verum non habet hæc sententia fundamentum, quod non facilè subvertatur, nam ad illud Ulp. *cit. L. sed et si possessori.* Dico Pauli intentionem aliam non esse, quàm quòd velit, eundem esse juratoriae cautionis effectum, ac cæterarum probationum, unde (inquit) *perinde haberi quod juratum est, atq; si probatum esset.*

L. 2

hoc